ponderę in cordibus
nrīs. nec in horreis
conscientię nrę mensu
ras duplices habeam̄.
Id ē ne ipsi ea quę distric
tionis regulā molliunt.
remissiore indulgen
tia presumentes. eos
quibus uerbum dnī
predicamus. distric
tioribus preceptis. &
grauioribus. quę nec ip
si pferre possumus. pon
deribus obruamus. 7
quod cum facimus. quid.
nisi duplici pondere
atque mensura. precep
torum dnī mercem
frugemq;. uel adpen
dimus. uel metimur.
Si enim aliter ea nobis.
aliter nrīs fratribus
dispensemus. Recte
increpamur a dnō.
eo quod stateras dolo
sas. ac mensuras dupli
ces habeamus. Secun
dū illam sententiam
salomonis qua dicitur.
Abhominatio ē dnō pon
dus duplex. & statera
dolosa. non ē bonū in
conspectu eius. 7 hoc &iā
modo reatum dolosi
ponderis. duplicisque
mensurę. euidenter
incurrimus. Si distric
tiora quędam. quę pri
uatim p nrās cellulas
exercere consueuimus.
humanę laudis cupidi
tate. coram fratribus
ostentemus. abstinen
tiores scilic& & sancti
ores apparere. affec
tantes humano con
spectui. quam diuino. 7
Qui morbus precipue.
non modo uitandus.
uerū &iā abhominandus
ē nobis. Sed interim
a quęstione proposita.
paulo longius euaga
ti. ad eandem aqua
discessimus reuer
tamur. XXIII